MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80202-11

AUTHOR:

LIEMPT, LEONARD VAN

TITLE:

VOCABULARIO HYMNORUM...

PLACE:

PURMEREND

DATE:

1930

Master Negative #

91-80202-11

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Liempt, Leonardus van,
De vocabulario Hymnorum Orphicorum atque aetate; specimen litterarium inaugurale quod... submittet Leonardus van Liempt... Purmerend, Muusses, 1930.
72 p. 23½ cm.

Thesis, Utrecht, 1930.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 9/3/91 INITIALS ER
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE VOCABULARIO HYMNORUM ORPHICORUM ATQUE AETATE

SCRIPSIT

L. VAN LIEMPT

De Vocabulario Hymnorum Orphicorum atque Aetate

De Vocabulario Hymnorum Orphicorum atque Aetate

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE QUOD EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI Jhr. B. C. DE SAVORNIN LOHMAN, IUR. DOCT. ET IN FAC. IUR. PROF. ORD., AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU ET NOBILISSIMAE FACULTATIS LITTERARUM ET PHILOSOPHIAE DECRETO PRO GRADU DOCTORATUS SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

LEONARDUS VAN LIEMPT
SYLVADUCENSIS

DIE XVII MENSIS OCTOBRIS ANNI MCMXXX HORA IV

J. MUUSSES
PURMEREND — MCMXXX

Patris demortui piae memoriae
Matri carissimae

Academicorum studiorum curriculum cum tandem emensurus sim, gratissimo fungor munere, ut vobis, praeceptores clarissimi, gratias quas par est propalam agam.

Imprimis tu, clarissime VOLLGRAFF, promotor aestimatissime, me tibi institutione incitatione beneficiis atque auxiliis perpetuo devinctum esse scito. Quare qua iudicii subtilitate ingenii acumine doctrinae copia atque diligentia aures nostras tenueris ex hoc opusculo parum perspici posse, valde doleo.

Vestras praelectiones et praecepta magnamque in studiis meis obsecundandis benevolentiam, viri clarissimi DAMSTÉ, BOLKESTEIN, OVINK semper grato animo recordabor. Aeque tuarum lectionum, v. cl. VAN HOORN, memor ero.

Quid tua mihi doctrina et amicitia valueris ad vitae institutionem, v. cl. VAN DEN BERGH VAN EYSINGA, hic significasse tantum sufficiat.

Magna quoque mihi gratia habenda est vobis, viri amplissimi, qui Societati, cui nomen est HET PHILOLOGISCH STUDIEFONDS, praeestis, quod vestra liberalitate nobilissima Italiae Siciliae Graeciae loca visitare mihi contigit.

Quanta comitate Athenis in Instituto Archaeologico Gallico a te, v. cl. CH PICARD, tuaque docta cohorte amicorum receptus sim, haud facile exprimam.

Neque tacere fas est vestra nomina, viri clarissimi BOLL (†), CURTIUS, HOFFMANN, MEISTER, qui ut Heidelbergae vestris lectionibus publicis et privatis interessem comiter mihi permisistis.

Postremum bibliothecarum Ultraiectensis et Amstelodamensis praefectis et ministris, officii plenis, gratias libens ago.

Academicorum studiorum curriculum cum tandem emensurus sim, gratissimo fungor munere, ut vobis, praeceptores clarissimi, gratias quas par est propalam agam.

Imprimis tu, clarissime VOLLGRAFF, promotor aestimatissime, me tibi institutione incitatione beneficiis atque auxiliis perpetuo devinctum esse scito. Quare qua iudicii subtilitate ingenii acumine doctrinae copia atque diligentia aures nostras tenueris ex hoc opusculo parum perspici posse, valde doleo.

Vestras praelectiones et praecepta magnamque in studiis meis obsecundandis benevolentiam, viri clarissimi DAMSTÉ, BOLKESTEIN, OVINK semper grato animo recordabor. Aeque tuarum lectionum, v. cl. VAN HOORN, memor ero.

Quid tua mihi doctrina et amicitia valueris ad vitae institutionem, v. cl. VAN DEN BERGH VAN EYSINGA, hic significasse tantum sufficiat.

Magna quoque mihi gratia habenda est vobis, viri amplissimi, qui Societati, cui nomen est HET PHILOLOGISCH STUDIEFONDS, praeestis, quod vestra liberalitate nobilissima Italiae Siciliae Graeciae loca visitare mihi contigit.

Quanta comitate Athenis in Instituto Archaeologico Gallico a te, v. cl. CH PICARD, tuaque docta cohorte amicorum receptus sim, haud facile exprimam.

Neque tacere fas est vestra nomina, viri clarissimi BOLL (†), CURTIUS, HOFFMANN, MEISTER, qui ut Heidelbergae vestris lectionibus publicis et privatis interessem comiter mihi permisistis.

Postremum bibliothecarum Ultraiectensis et Amstelodamensis praefectis et ministris, officii plenis, gratias libens ago.

PROOEMIUM

De aetate atque origine Hymnorum Orphicorum varia et quidem diversissima iudicia tulerunt complures viri docti, quorum opera fere omnia enumerata invenies pp. 343—350 Orphicorum Fragmentorum, quae diligentissime congessit Otto Kernius.

Ut a nostratibus ordiar: vir eruditissimus Ruhnkenius in Epistula critica II in Callimachum et Apollonium Rhodium ad v. c. I. A. Ernesti poetam Orphicorum Hymnorum vetustissimum esse iudicavit [1]).

Valckenaerius in illa sua Diatribe de Aristobulo p. 85 [2]) hymnos ceteris carminibus Orphicis ut multis modis meliores, sic et longe antiquiores esse pronuntiavit.

Quibuscum faciunt Wyttenbachius, recensens opus Ruhnkenii in Bibliothecae criticae vol. II parte 8a (1787) p. 27 et G. Hermannus in Orphicis p. 676 hisce verbis usus: ,,Hymni quidem .... quin et Argonauticis et Lithicis antiquiores sint, dubitari non potest: quamquam etiam in hymnis sunt, qui recentioris aetatis non dubia contineant indicia". Lithica autem Hermannus ad Domitiani tempora refert.

Multo recentiori aetati haec carmina tribuit Schneiderus in Analectis criticis, Traiect. ad Viadr. 1777, I p. 57, aetati

[1]) in editione anni 1751 p. 69; in retractatione anni 1782 pp. 228—231.
[2]) apud Gaisford, Eusebii Praepar. Evang. t. IV p. 416 sqq.

nempe imperatoriae. Ob hoc iudicium a Ruhnkenio in altera editione Epistulae criticae iste „Orpheomastix" acriter perstringitur.

Cum Schneidero consentit Lobeckius in Aglaophamo I pp. 389 et 410, et Buechsenschuetzius, De Hymnis Orphicis, Berolini 1851, praecipue ex forma i. e. e re metrica et vocabulorum thesauro argumentationem instituens.

Post hos docte rem tractavit Petersenius in Philologo 27 (1868) pp. 386 sqq., cuius conclusio praecipua ex argumento hymnorum i. e. e religione et philosophia petita haec fere est: (p. 431) „Keine einzelne Vorstellung (findet) sich in den Hymnen, die jünger ist als das dritte Jahrhundert v. Chr. G. und keine Kombination, die später ist als das zweite Jahrh. n. Chr. G."

Eandem atque Petersenius inquisitionis methodum secutus Albr. Dieterichius, De Hymnis Orphicis p. 25 duobus ante Christum natum saeculis hymnos tribuere se posse confidebat.

Ultimus quod sciam hanc aetatis quaestionem disertis verbis pertractavit Max. Hauckius in „Breslauer Philologischen Abhandlungen" anni 1911, in quo libro argumentis praesertim e locutionibus verbisque hymnorum petitis adstruere nititur hosce hymnos sub finem demum saeculi quinti p. Chr. n. a Nonni aliorumque recentiorum poetarum imitatore compositos atque adeo consutos conflatosque esse.
Argumenta ab Hauckio allata speciosa esse suspicati sunt:
Aly Deutsche Literaturzeitung 1911 p. 2855.
Norden Agnostos Theos p. 158 n. 3 [1]).

[1]) Duos hymnos alphabeticos (AP IX 524 525) saeculo tamen quinto tribuit Norden l.l. p. 161.

Kern Berl. Phil. Woch. 32 (1912) cc. 1438 sqq. et Genethl. f. Robert p. 89.
Weinreich Athen. Mitteil. 37 (1912) p. 42 et Arch. f. Religionswiss. 17 (1914) p. 256.
Wuensch apud P-W IX 171,3.
Geffcken, Der Ausgang des griechisch-römischen Heidentums (Heidelberg 1920) p. 18 de hymnis ita iudicat: „Es ist bekannt, dass die zeitliche Einordnung dieser Gesänge grosse Schwierigkeiten bereitet; man schiebt sie durch die Jahrhunderte, von 200 v. Chr. bis in die Epoche nach Nonnos. Sie können aber weder so früh noch so spät fallen, überhaupt sind sie, trotz der engen Stilverwandschaft der einzelnen Stücke, nicht alle in dieselbe Zeit zu verlegen .... Es handelt sich hier um eine Literatur, die noch gar keine Beeinflussung durch neuplatonisches Denken zeigt."
W. Schmid in Geschichte d. griech. Literatur II 2 (ed. 5a) p. 796 hoc iudicium fert: „Eine sichere Zeitbestimmung ist bis jetzt nicht gefunden worden" spretaque Hauckii argumentatione hymnos quarto p. Chr. n. saeculo tribuere mavult. Quocum stare videtur Dölger in libro Die Sonne der Gerechtigkeit und der Schwarze (1919) p. 99.
Obiter Hauckii conclusionem abnegaverunt:
Wilamowitz Griech. Literaturgesch. p. 185.
Bethe apud Gercke-Norden, Einleitung in die Altertumswissenschaft I (1912) p. 185 („zwischen 150—300 n. Chr.").
Boulanger Orphée (Paris 1925) p. 15 („du IIe au IVe siècle de notre ère").
Vollgraff BCH 1925 p. 108 n. 1 („la date approximative n'est pas encore définitivement fixée").

Contra W. H. Buckler Hauckii conclusioni adstipulari videtur in Annals of the British School of Athens 21 (1914—16) p. 171 ita dicens: „the Orphic Hymns according to the internal evidence worked out by Hauck were probably not composed before the end of the fifth century."

Assensum Bucklerii Gruppe in libro cui inscribitur Literatur z. Religionsgesch. u. Myth. aus d. Jahren 1906—1917 (Leipzig 1921) p. 287 damnat.

Itaque, cum e viris doctis Hauckii assertionem argumentatione non addita alius amplexus sit, alius improbaverit, haud abs re videtur — opus satis aridum — has sententias data opera perpendere et, si locus adest, copiosioribus verbis refellere. Accurata autem aetatis definitio aliquanti esse momenti videtur, cum, sicut iam Lobeckius statuit in Aglaophamo p. 405, omnis hymnorum usus ad religionem Orphicam cognoscendam tollatur, nisi antea eorum aetas satis comperta sit.

Difficultas quaestionis de aetate inde imprimis oritur, quod hymni nulla continent certae religionis aut temporum clara indicia quodque a nullo auctore antiquo ante Tzetzii aetatem certo commemorantur. Nam ad hymnos hosce non spectare quae de quibusdam hymnis Orphicorum leguntur apud Platonem aut Pausaniam, post Lobeckii disquisitionem in Aglaophamo I pp. 389 sqq. nobis pro certo constare videtur. Quae leguntur apud Ovidium in Metamorph. IV 11 sqq.[1]) tantummodo probant hymnos (vel preces)

[1]) Vide Kern in Berl. Phil. Woch. 32 (1912) 1438sqq. Pascal in Rivista di filol. class. 40 (1912) 444, qui similia repperit apud Lucretium

acclamationibus refertos cumque „hymnis Orphicis" arte coniunctos iam saeculo ante Chr. n. in usu fuisse.

Cum igitur argumenta externa quae dicuntur ad hanc aetatis quaestionem solvendam suppeditare non videantur et ex argumentis internis, quae aut e rebus religiosis et philosophicis enuntiatis aut e forma, re metrica et vocabulorum thesauro petuntur, illa a Petersenio tractata iam recte videantur, haec hactenus aut vitiose aut nimis breviter exposita esse appareant: nobis visum est in hac disquisitione quaestionem excutere argumentis praesertim e forma petitis.

Quae Hauckius capite primo dissertationis suae de re metrica hymnorum disputavit, silentio praeterire mihi liceat, cum ei concludenti ex argumentis metricis nihil certi de aetate erui posse prorsus assentiar.

Ut autem Buechsenschuetzio iure vitio vertit, quod in vocabulorum investigatione methodum nimis obiter rem tangentem secutus sit, ita ipse hunc scopulum non plane effugisse videtur.

Imprimis eum in eo peccavisse arbitror, quod hymnos arte ieiuniore consutos, immo conglutinatos esse iudicavit eosque „paene centones nominari posse" pronuntiavit. Mea quidem sententia hoc tantum dici potest hymnos

III 912—918; cf. Jahresberichte f. d. Fortschritte d. Klass. Altert. 196 (1924) p. 83.

[1]) Usi sumus editione Abeliana, quae, ut notum est, satis prava est. Novam editionem praeparat vir eruditissimus W. Quandt.

Hymnum in Martem (Abel 88) inter Orphicos non numeramus, quem et Hauckius p. 58 reiecit, quamquam pp. 19, 31, 35 in argumentatione hoc hymno utitur.

vocabulorum formularumque apparatu uti, qui omnibus poetis, versum heroum saeculis III et IV p. Chr. n. adhibentibus, communis est, cuiusque praecipuus et inexhaustus fons sunt Homerus Hesiodusque. Etiam lyricis multa deberi patet [1]).

Itaque, quae verba verborumque ambitus iam apud veteres poetas occurrunt, ea ad eos referre licere perspicuum est. Ex iis autem vocabulis, quae nonnisi apud recentiores aut in solis Hymnis Orphicis reperiri dicuntur, cautissime tantum concludere licebit, ea recenti demum aetate creata esse. Quid si accuratiore inquisitione omissa recentiori aetati adscribuntur nonnulla verba, quae iam antiquioribus scriptoribus in usu fuisse compertum est? Quod quidem haud semel accidisse videtur, ut progrediente inquisitione ostendemus.

Sed ut ordine agamus: Hauckii argumentatio duplex distingui potest. Primo demonstrare nititur poetam Orphicum imitatum esse atque adeo exscripsisse quorundam recentioris aetatis scriptorum versus vel versuum particulas, quam thesim deinde confirmare conatur allegando voces, quae hymnis Orphicis cum solis recentioribus carminibus communes sint.

---

[1]) Quanto opere posteriores poetae delectati sint formis formulisque priscae poesis epicae propriis primo patet obtutu ex elencho memoriarum Homericarum et Hesiodearum, quem Kaibelius operi suo, quod Epigrammata Graeca ex lapidibus conlecta inscribitur, subiecit pp. 694–703. Vide praesertim hymnos (nrs. 1025–32) et oracula (nrs. 1033–41).

Cf. Ludwichium in praefatione editionis Musaei (Lietzmann Kleine Texte 98).

Nobis ergo visum est Hauckii sententiam duplici trutina examinare demonstrando

1. versiculos vel versuum particulas ab eo allegatas neutiquam documento esse, illa a poeta Orphico ex scriptis recentiorum poetarum, Maximum Manethonem Dionysium Periegetam Quintum Smyrnaeum Argonauticorum Orphicorum poetam Nonnum Synesium Proclum dico, esse desumpta;

2. neque ex singulis vocabulis quae aut in solis hymnis aut in hymnis et uno alterove scriptore recentiore recurrant — quae vocabula aliquanto pauciora sunt quam vulgo credunt — aetatem postnonnianam erui posse.

In priore disquisitionis parte Hauckium vestigio presso sequar, in altera litterarum quem alphabeticum dicunt ordinem.

PARS PRIOR

Ex *Maximo* [1]) num hauserit scriptor Orphicus, ipse Hauckius in dubio posuit. Argumenti gratia allegantur tria vocabula, quae de mutua inter utrumque poetam ratione parum nos docere videntur; summum probant poetas esse aequales. Vocabula autem sunt haec: ἑλικοδρόμος, ἠερόφοιτος, χοροιμανής de quibus in posteriore parte suo loco agetur.

Sed *Manethoniana* [2]) magnopere expilavisse poeta Orphicus videtur. Prima in disceptationem vocatur vox ἀνάπαυσις in eadem versus sede ab utroque poeta adhibita:

H. O. 3,6 πόνων ἀνάπαυσιν ἔχουσα

81,2 καμάτου ἀνάπαυσιν ἔχουσαι

Maneth. 3,175 μόχθων δ' ἐς γῆρας προτέρων ἀνάπαυσιν ἔδωκεν.

Quomodo haec tritissimae vocis in versu sedes poetam Orphicum compilationis arguat, haud facile perspicias. Neque enim ullus nexus statuatur necesse est neque, si ades-

[1]) Maximus scripsisse videtur saec. III aut IV p. Chr. n. Cf. Krollium apud P.–W. s. v.

[2]) De Manethonianorum aetate sequendum videtur iudicium Koechlii libros II III VI aetati Alexandri Severi, IV Iuliani imperatoris temporibus, I et V saeculis Iuliano posterioribus tribuentis. Cf. Koechlium in edit. Didotiana et apud P.–W. II 1816 et Krollium ib. XIV 1102–1106.

set, dirimi liquido quaestio posset, uter utrum exscripsisset. Notandum praeterea vatem Orphicum ἀνάπαυσιν ἔχειν alibi in alia versus sede adhibuisse: [1])

H. O. 85,5 Κόπων ἡδεῖαν ἔχων ἀνάπαυσιν.

H. O. 12,12 δώδεκ' ἀπ' ἀντολιῶν ἄχρι δυσμῶν ἆθλα διέρπων confluxisse videtur illi ex Maneth. 4,8 ἐξ ἠοῦς ἐπὶ νύκτα [2]) καὶ ἀντολίης ἐπὶ δυσμάς et Q. Smyrn. 13,341 ἄχρις ἐπ' ἀντολίην καὶ ἀκαμάτου δύσιν ἠοῦς. Missam facio notionem puerilem quam sibi finxit H. de Orphico hymnos suos consuente. Sed talis verborum ambitus saepius reperitur. Orac. Sib. 8,51 [3]) praebent ἀπ' ἀντολίης μέχρι δυσμῶν (cf. 14,189), quod cum Orphici poetae verbis multo magis congruit.

Quae allegantur ad H. O. 32,15 νεάτῃσιν ἐν ὥραις (in exitu) quae verba comparare iubemur cum Maneth. 3,87 νεότητος ἐν ὥραις (in ex.) disquisitionis vix indigent. Iuvat conferre Hym. Mag. in Solem (Pap. Mag. IV 1968) μεσάταισιν <ἐν> ὥραις (in ex.).

Kaibel 234,1 νεάταισιν ὑπ' ὄχθαις.

Kaibel 209,1 (saec. IV a Chr. n.) νεότητος ἐν ἀκμῇ (utrumque in ex.).

Vide infra p. 25 quae adnotata sunt ad verba ἐνὶ κυκλάσιν ὥραις.

[1]) H. O. 86, 10 codicum lectionem ἀνάπαυλαν Abelius mutavit in ἀνάπαυσιν. Cur vox, tragicis poetis, quorum vocabulorum thesauro identidem utitur poeta Orphicus, usitatissima, reiecta sit, non intellego. H. O. 2, 10 legitur ἀνάπαυμα, quae vox et ipsa rarissime occurrit i. e. in epigr. Anytae, Anth. Plan. 228, 4; Maced. A. P. IX 649, 7; in fragm. lyric. adesp. 24 (Powell p. 193): ἀνάπαυμα μόχθων.

[2]) Quod ipsum imitatur fortasse Hedyli epigr. (Anth. App. 28, 1): 'Εξ ἠοῦς εἰς νύκτα....

[3]) Orac. Sib. lib. 8 iam citatur a Theophilo in libro ad Autolyc.

Ex H. O. 57,1 ἀνυπόστροφον οἶμον comparato cum Maneth. 6,295 παναπόστροφον οἶμον nihil effici posse apparet.
Ceterum vox ἀνυπόστροφος legitur iam apud Hippocrat. Epidem. VI 3,4 (p. 1175A).

Idem dicendum de versibus ab Hauckio inter se comparatis: H. O. 62,8 μούνη ἐπεμβαίνουσα δίκην ἀδίκοις ἐπεγείρεις et Maneth. 1,115 Μήνη θηλυτέροισιν ἐπεμβαίνουσα τόποισιν praesertim, cum verbum ἐπεμβαίνειν epicis poetis usitatissimum sit.

Cum Dionysii Periegetae versu 576
Βιστονίδες καλέουσιν ἐρίβρομον, εἰραφιώτην
componitur H. O. 48,2
ὅς Βάκχον Διόνυσον, ἐρίβρομον, εἰραφιώτην, μηρῷ ἐγκατέραψας.
Si casui tribuere nolis coniunctionem duorum epithetorum, quae Baccho saepius tribuuntur [1]), dicendum certe est ex illa coniunctione nequaquam patere, uter utrum exscripserit. Si aliunde non patet Orphicum Dionysium expilavisse, res in medio relinquenda est.

---

[1]) Vocem ἐρίβρομος, qua iam Pindarus usus est, de Baccho usurpaverunt Hym. Hom. 7, 56; 26,1
Anacr. fr. 11.
Panyas. fr. 13,2
In ipsis hymnis recurrit 30,1; 45,4.
Vox quoque ἐριβρεμέτης de Libero dicta poetae Orphico cum Periegeta communis est (H. O. 49,3; Dion. Per. 578).
Εἰραφιώτης audit Bacchus in H. Hom. 34 (apud Diodor. Sicul. 3,66) in Alcaei fr. 90 (᾿Ερραφεώτας); apud Callimachum fr. anon. 89 (p. 722 Schneid.); apud Cornutum 30; in titulo Pergameno anni 200 p. Chr. n. (Kaibel 1035,17); apud Ps.-Callisthenem 1,46; apud Porphyr. de abstin. 3,17; postremo in hymno alphabetico in Dionysum (A. P. IX, 524) cf. P.–W. V, 2118 sqq.

Iam adeamus Quintum Smyrnaeum.

H. O. prooem. 1 θυηπολίην περισέμνην comparatur cum Q. Sm. 3,778 θυηπολίης ἐρατεινῆς (utrumque in exitu versus). Sed ne hic quidem neque ex ipsa voce neque ex eius in versu sede quidquam efficere licet. Nam hanc vocem si furatus est poeta Orphicus, non video, cur non arripuerit e. g. ex Myrini epigrammate (A. P. VI 108,4) aut Philippi (A. P. VI, 231,2) aut Diodori (A. P. VI, 243,2).
Vide etiam Kaibel 833,4; cf. 1075,4.
Vox θυηπολίη etiam reperitur apud Apollon. Rhod. 1,967. 1124; 4,702.995.
Ceterum Orphicis sollemnis videtur. Cf. Plat. Resp. p. 364E.
Voces θυηπόλος et θυηπολίη recurrunt passim apud Gregor. Nazianz. in Carm. Dogm. et Hist.
θυηπόλιον (ara) in epigr. Dariei (Anth. App. 20,6.).

Eadem de causa vox homerica αἰθαλόεις, quamvis apud utrumque in versus exitu recurrat, nihil de mutua ratione probare videtur. Cf. Nicand. Th. 566 Σάιν αἰθαλόεσσαν (in ex.).

H. O. 37,5 οἳ χθόνα ναιετάουσιν et 45,6 ὅσοι χθόνα ναιετάουσιν minus Od. 7,153 οἳ ἐπὶ χθονὶ ναιετάουσιν imitari videntur quam Q. Sm. 3,649 ὅσοι χθόνα ναιετάουσιν. Ita Hauckius. Sed utrumque poetam hisce homericum flosculum imitari perspicuum est. Quid quod Orac. Sib. 3,518 ad verbum praebent ὅσοι χθόνα ναιετάουσιν? Conferre iuvat praeterea Apollin. Metaphr. Psalm. 32,16: ὁπόσοι χθόνα ναιετάουσιν et 97,18 τά περ χθόνα ναιετάουσιν.

H. O. 504, et Q. Sm. 14,199 legitur πολυγηθέα καρπόν.

Sed vox πολυγηθής homerica est (ipse H. citat p. 7 Il. 21,450) et saepe apud posteriores invenitur e. g. Orac. Sib. 2,3; Orph. fragm. 21 et 168 (Kern). Coniunctio cum voce καρπός, quam quidem alibi non inveni, rationem, quae inter H. O. et Q. Sm. intercedit, minime explicat.

Nunc videamus, num Argonautica Orphica, quae post Quintum Smyrnaeum et ante Nonnum condita esse Hermannus iure iudicasse videtur, ab Orphico expilata sint.

Μέγ' ὄνειαρ, quod H. O. prooem. 14 et Arg. 38 in versus exitu legimus, nihil nos docet, cum eadem verba legantur etiam in exitu Od. 4,444 Hes. Th. 871 Op. 41.346.822. Arat. Phaen. 15 Maneth. 1,10.

Neque magis rationi, quae inter utrumque poetam intercedat, lucem affundit vox ἀμαιμάκετος H. O. 1,5 et 19,11 et Arg. 177 et 518. Vox homerica et hesiodea recurrit in epigr. Antipatri (A. P. VI 115,6) et in epigr. adesp. (Anth. App. 234,4), apud Kaibel 863,4 et Apollin. Metaphr. Psalm. 36,28; 44,15; 59,2; 82,31.

H. O. 6,6 et Arg. 521 in exitu exhibent ὁμίχλην. Sed eadem sede recurrit alibi e. g. Il. 1,359; 3,10; Or. Sib. 5,379 cf. 12,215 A. P. V, 228,3. Vox σκοτόεις quae apud utrumque Orphicum poetam cum ὁμίχλη coniungitur, ipsa epicis usitatissima est. Vide infra p. 27.

H. O. 10,1 παμμήτειρα θεά dicitur Natura, H. O. 40, 1 Ceres. Haec nequaquam insinuare imitationem Arg. 547, ubi Rhea ita dicitur, iam ipse indicavit Hauckius, qui p. 9 comparari iubet Hym. Hom. 30,1: Γαῖαν παμμήτειραν. Sed insuper legitur apud Porphyr. (Euseb. Praep. Evang. III 9) vs.

29: γαῖά τε παμμήτειρ' (cf. Kern, Orph. Fragm. p. 202); in epigr. Meleagri (A. P. VI, 164): παμμήτειρα θεῶν.... Νύξ; Greg. Naz. Carm. Mor. 2,534 ὦ φύσι παμμήτειρα (MG 36,620).

Ἁλμυρὸν ὕδωρ iam invenitur Od. 15,294; 4,511; 12,236.240.431. Arg. 324 magis congruunt cum homerico θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.

Ἀΐδαο πύλαι H. O. 185; 29,4. Arg. 1142. Quotiens reperiuntur inde ab Homero!

H. O. 19,15 σμαραγεῖ δὲ κεραυνός multo aptius cum Il. 2,463 σμαραγεῖ δέ τε λειμών conferuntur quam cum Arg. 970 ἐπεσμαράγει δ' ὀλοὸν πῦρ.

Πεντήκοντα in principio versus formulae quasi vicem obtinet. Sic legitur Od. 7,103 (cf. Verg. Aen. 1,703); Od. 12,22. 130.421; 14,15. Il. 6,244; 24,495. Hes. Th. 312. Hymn. Hom. 3,74,437. A. P. XIV 3,13.

Πυθμὴν πόντου. Aeque apte atque H. O. 23,4 et Arg. 422—427 conferri possunt verba hymni ex Porphyr. apud Euseb. Praep. Evang. III 9 (Orph. Fragm. 168 Kern) vs. 4: Ζεὺς πυθμὴν γαίης et vs. 6: Ζεὺς πόντου ῥίζα.
Cf. Hes. Th. 931 sq.: .... θαλάσσης
πυθμέν' ....

Magnum momentum tribuitur vocibus Ἀπόλλωνι ἄνακτι apud utrumque poetam in eadem versus sede recurrentibus. Quidquid dicitur de mutua ratione, scrupulum nobis inicit Hes. Th. 347, ubi eadem vocabula in exitu inveniuntur: σὺν Ἀπόλλωνι ἄνακτι.

H. O. 25,1 κληῖδας ἔχοντα (cf. 58,4) et Arg. 1372 κληῖδας ἔχουσιν neutrum poetam imitationis convincere potest. Cf. Pap. Mag. IV 341: τῷ τὰς κλεῖδας ἔχοντι. Aristid. Rhetor VIII 54 p. 92 D. (de Sarapide): γῆς καὶ θαλάττης, φαῖεν

ἄν ποιηταί, κλῇδας ἔχων (sic enim iam Pindarus Pyth. 8,4 de Hesychia: βουλᾶν τε καὶ πολέμων ἔχοισα κλαῗδας ὑπερτάτας) et epitheton κληδοῦχος de diis Chthoniis; cf. Roscher, Myth. Lex. s. v. et P-W XI 597 sqq.

H. O. 25,5 ὅσσα τε πρόσθεν ἔην ὅσα τ' ἔσσεται ὕστερα αὖτις comparatur cum Arg. 209 δίζετο γὰρ τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμεν' ἀνθρώποισιν. Sed haec quoque ad eas elocutiones pertinent, quas aliter variant alii poetae, e. g.: Orac. Sib. 1,2—4:

προφητεύσω τὰ ἕκαστα
ὁππόσα πρὶν γέγονεν, πόσα δ' ἐστίν, ὁπόσσα δὲ μέλλει
ἔσσεσθαι.

Orac. Sic. 3,16 sq.: ἀνέδειξεν .... ὄντα τε καὶ πρὶν ἐόντα, ἀτὰρ πάλι καὶ μετέπειτα.

Hesiod. fr. 96 (Rzach) 75: ὅσσα τ' ἔην ὅσα τ' ἐστὶ καὶ ὁππόσα μέλλει ἔσεσθαι.

Hesiod. Th. 38: τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.

Ὑπὸ κεύθεα γαίης quae verba legimus H. O. 29,4 et Arg. 174 (utraque in exitu) nonnisi flosculus poesis epicae proprius esse videtur. Ipsissima verba exhibet Hym. Hom. 5,340 et 415 (in ex.). Conferre iuvat. Il. 23,482 Od. 24,204 Hes. Th. 300.483. Orac. Sib. 1,119; Pap. Mag. IV 446.

De mutua inter utrumque poetam ratione nihil erui potest ex hisce verbis, quae aliquatenus inter se congruunt: H. O. 29,14 μετοπωρινὰ νυμφευθεῖσα et Arg. 128 ὃν Ἄμπυκι νυμφευθεῖσα (in ex.). Idem dicendum de H. O.34,11 τὸν ἀπείριτον αἰθέρα et Arg. 303.

H. O. 39,8 μορφὴν δνοφεροῖο δράκοντος (in ex.) contaminatum censetur ex Hes. Th. 826 δεινοῖο δράκοντος γλώσσῃσι δνοφερῇσι λελειχμότες et Arg. 1005 μένος βριαροῖο δράκοντος

(in ex.) Mihi quidem vero propius videtur hymnorum versum ad Hesiodum referendum esse, cuius vocabula contineat, deinde Argonauticorum scriptorem elocutionem hymnorum variasse. Cf. Carm. Orphic. apud Athenag. Leg. p. Christ. 20: μέρη φοβεροῖο δράκοντος (in ex.).

H. O. 55,23 ἐπ' αἰγιαλοῖς ψαμαθώδεσιν, quod H. p. 9 Hymno Hom. in Merc. 75 διὰ ψαμαθώδεα χῶρον deberi contendit, p. 25 ex Arg. 633 sq.: καλούς τ' ἐς λιμένας ψαμαθώδεας εἰσεπέρησε, Κέλσε δ' ἐπ' αἰγιαλῷ et 334 ψαμαθώδεας ἀκτάς sumptum esse censet. Sed vox ψαμαθώδης communior est quam quae argumentum afferre possit. Legitur e. g. Hymn. Hom. 3,75.347.350. Apoll. Rhod. 4,1376 Orac. Sib. 9,39; 14,167. Quin etiam Orac. Sib. 12,44 et 14,345 in exitu leguntur eadem verba, quae praebet Arg. 334.

H. O. 61,10 μύσταις ἐπιτάρροθος αἰεί
et 68,11 μόλε μυστιπόλοις ἐπιτάρροθος αἰεί quae comparantur cum Arg. 346 μολεῖν ἐπιτάρροθον ὅρκων, epicum flosculum continere videntur, si componimus cum Il. 5,828 ἐπιτάρροθός εἰμι et 20,453 ἐπιτάρροθός ἐστιν (quod et H. fecit p. 7 et p. 25), sed etiam cum oraculo, quod invenimus apud Herodotum 1,67: ἐπιτάρροθος ἔσσῃ. cf. Max. 236: ἐπιτάρροθον ἀλκήν (in ex.).

H. O. 73,9 τέλος ἐσθλὸν ὀπάζοις congruere videtur cum Arg. 3 κλέος ἐσθλὸν ὀπάζοις, sed utrum ex utro pendeat, non liquet. Utrumque locos veluti

Od. 3,57 καὶ υἱάσι κῦδος ὄπαζε
Od. 16,320 καὶ κῦδος ὀπάζει
Od. 19,161 Ζεὺς κῦδος ὀπάζει
Pap. Mag. IV 948: καί μοι σθένος αὐτὸς ὀπάζοις

Anth. App. 382,2: σὺ δ' ἐμοὶ κλέος αἰὲν ὀπάζοις imitari veri simile est.

H. O. 78, 11 και εἰναλίων πολυεθνῶν non solum comparandum est cum Arg. 430 ἀνθρώπων πολυεθνέα φύτλην, sed etiam cum oraculo Oenomai (Euseb. Praep. Evang. V 29, p. 224C) .... πολυεθνέα λαόν et Dionys. Alex. (Euseb. ib. XIV 25, p. 777C) ὁ πολυεθνὴς .... δῆμος τῶν ἀστέρων.

H. O. 80,2 χιονώδεος ἔλθ' ἀπὸ Θρῄκης refertur ad Arg. 1373 ἐσύθην χιονώδεα Θρῄκην. Sed χιονώδης Θρῄκη iam ab Euripide Hec. 81 memoratur et recurrit apud Apoll. Rhod. 1,826.

Ceterum vox χιονώδης legitur Lucian. Epigr. 46,5
Ditt. OGI 199,6
Apollin. Metaphr. Psalm. 118,52
Orac. Sib. 5,464.

H. O. 85,1 Ὕπνε, ἄναξ μακάρων πάντων θνητῶν τ' ἀνθρώπων memoriam excitat Il. 14,232:

Ὕπνε, ἄναξ πάντων τε θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων.

Non video, cur hymnorum scriptor haec non ex ipso. Homero hauserit, sed tantum Argonauticorum beneficio adhibere potuerit, praesertim cum Argonauticorum versus minus congruat cum vate Orphico: is enim versus (1004) est:

κλῆξα γὰρ ὕπνον ἄνακτα θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων.

Si imitatio esset, rectius supponeremus Argonauticorum scriptorem spolia ex Orphico rettulisse, quam suspicionem iam movimus supra ad H. O. 38,8. Quod alicuius momenti videtur ad diiudicandum:

H. O. 69,2 Τισιφόνη τε καὶ Ἀλληκτὼ καὶ δῖα Μέγαιρα [1]. qui versus integer recurrit Arg. 968, quamvis ne hic quidem necesse sit, ut alterum alterius verba exscripsisse censeamus [2]. Tria enim Furiarum nomina alibi invenimus; vide Verg. Aen. 6,571; 7,324; 12,846, ubi nomina primum occurrunt; Cornut. 10; Apollod. Bibl. 1,1; Hyg. Fab. Praef. p. 10,5 Sch.

Hym. Mag. 5,9 (Abel p. 293) nomina sic tradit [3]:

Τισιφόνη τε Μέγαιρα καὶ Ἀλληκτώ, πολύμορφε [4].

Iam adgrediamur N o n n u m.

H. O. prooem. 22 ἠδ' ἄγγελον Οὐρανιώνων comparatur cum Nonn. D. 26,361 καὶ ἄγγελος Οὐρανιώνων (utrumque in ex.). De quaestione imitationis nos in incerto relinquunt hi loci communes, eo magis quod Οὐρανιώνων in exitu praebent iam Hes. Th. 461 ἀγαύων Οὐρανιώνων cf. ib. 919 et 929. Orac. apud Porphyr. Euseb. Praep. Evang. IV 9 (p. 146A) et V 8 (p. 194A).

Idem dicendum de H. O. 7,11 μαρμαρυγαῖς στίλβοντες comparato Nonni versu D. 33,24 μαρμαρυγὴν στίλβουσαν. Kernius in Orph. Fragm. p. 166 dubitat an vox μαρμαρυγή sit Orphica, parum recte ut videtur, si spectamus locos, ubi vox legitur, qui sunt:

---

[1]) Exitus comparetur cum Od. 12,133: δῖα Νέαιρα.

[2]) Argonauticorum poetam usum esse hymnis censet etiam A. Boulanger, Bulletin de l'Association G. Budé 1929, p. 38.

[3]) Ex coniectura Meinekii (Codd: Περσεφόνη ..εμετερα; Περσεφόνη τε Μέγαιρα Preisendanz Pap. Mag. IV 2797).

[4]) Ganschinietz in Texte u. Untersuch. 39 (1923) p. 68 iure legere mavult Πολύμορφε. Epithetum quod fuerat, evasit nomen proprium ad significandam hypostasin Hecatae.

Anth. App. 382,2: σὺ δ' ἐμοὶ κλέος αἰὲν ὀπάζοις imitari veri simile est.

H. O. 78, 11 και εἰναλίων πολυεθνῶν non solum comparandum est cum Arg. 430 ἀνθρώπων πολυεθνέα φύτλην, sed etiam cum oraculo Oenomai (Euseb. Praep. Evang. V 29, p. 224C) .... πολυεθνέα λαόν et Dionys. Alex. (Euseb. ib. XIV 25, p. 777C) ὁ πολυεθνὴς .... δῆμος τῶν ἀστέρων.

H. O. 80,2 χιονώδεος ἔλθ' ἀπὸ Θρήκης refertur ad Arg. 1373 ἐσύθην χιονώδεα Θρήκην. Sed χιονώδης Θρήκη iam ab Euripide Hec. 81 memoratur et recurrit apud Apoll. Rhod. 1,826.

Ceterum vox χιονώδης legitur Lucian. Epigr. 46,5
Ditt. OGI 199,6
Apollin. Metaphr. Psalm. 118,52
Orac. Sib. 5,464.

H. O. 85,1 "Υπνε, ἄναξ μακάρων πάντων θνητῶν τ' ἀνθρώπων memoriam excitat Il. 14,232:

"Υπνε, ἄναξ πάντων τε θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων.

Non video, cur hymnorum scriptor haec non ex ipso. Homero hauserit, sed tantum Argonauticorum beneficio adhibere potuerit, praesertim cum Argonauticorum versus minus congruat cum vate Orphico: is enim versus (1004) est:

κλῇξα γὰρ ὕπνον ἄνακτα θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων.

Si imitatio esset, rectius supponeremus Argonauticorum scriptorem spolia ex Orphico rettulisse, quam suspicionem iam movimus supra ad H. O. 38,8. Quod alicuius momenti videtur ad diiudicandum:

H. O. 69,2 Τισιφόνη τε καὶ 'Αλληκτὼ καὶ δῖα Μέγαιρα [1]). qui versus integer recurrit Arg. 968, quamvis ne hic quidem necesse sit, ut alterum alterius verba exscripsisse censeamus [2]). Tria enim Furiarum nomina alibi invenimus; vide Verg. Aen. 6,571; 7,324; 12,846, ubi nomina primum occurrunt; Cornut. 10; Apollod. Bibl. 1,1; Hyg. Fab. Praef. p. 10,5 Sch.

Hym. Mag. 5,9 (Abel p. 293) nomina sic tradit [3]):

Τισιφόνη τε Μέγαιρα καὶ 'Αλληκτώ, πολύμορφε [4]).

Iam adgrediamur Nonnum.

H. O. prooem. 22 ἠδ' ἄγγελον Οὐρανιώνων comparatur cum Nonn. D. 26,361 καὶ ἄγγελος Οὐρανιώνων (utrumque in ex.). De quaestione imitationis nos in incerto relinquunt hi loci communes, eo magis quod Οὐρανιώνων in exitu praebent iam Hes. Th. 461 ἀγαύων Οὐρανιώνων cf. ib. 919 et 929. Orac. apud Porphyr. Euseb. Praep. Evang. IV 9 (p. 146A) et V 8 (p. 194A).

Idem dicendum de H. O. 7,11 μαρμαρυγαῖς στίλβοντες comparato Nonni versu D. 33,24 μαρμαρυγὴν στίλβουσαν. Kernius in Orph. Fragm. p. 166 dubitat an vox μαρμαρυγή sit Orphica, parum recte ut videtur, si spectamus locos, ubi vox legitur, qui sunt:

---

[1]) Exitus comparetur cum Od. 12,133: δῖα Νέαιρα.

[2]) Argonauticorum poetam usum esse hymnis censet etiam A. Boulanger, Bulletin de l'Association G. Budé 1929, p. 38.

[3]) Ex coniectura Meinekii (Codd: Περσεφόνη τεμετερα; Περσεφόνη τε Μέγαιρα Preisendanz Pap. Mag. IV 2797).

[4]) Ganschinietz in Texte u. Untersuch. 39 (1923) p. 68 iure legere mavult Πολύμορφε. Epithetum quod fuerat, evasit nomen proprium ad significandam hypostasin Hecatae.

Od. 8,265 μαρμαρυγὰς θηεῖτο ποδῶν.
Hym. Hom. 2,25 μαρμαρυγῆς τε ποδῶν.
Plato, Resp. p. 518B Critias p. 116C.
Chariton 121.
Achill. Tat. 5,13 μαρμαρυγὴν Ἀφροδίσιον (de splendore Veneri conveniente).
Pap. Mag. IV 531. Greg. Naz. Carm. de seipso 34,110.

Neque aliter iudicandum de H. O. 10,3 πανδαμάτωρ, ἀδάμαστε, κυβερνήτειρα, παναυγής, quod contaminatum censetur ex Nonn. D. 2,223 πανδαμάτωρ, ἀδάμαστος, Ἔρως et D. 48,416 παρθένε, πανδαμάτειρα, κυνερβήτειρα γενέθλης. Etenim voces πανδαμάτωρ et ἀδάμαστος homericae sunt. Praeterea πανδαμάτωρ legitur Kaibel 430,2; 1050, 4. Anth. Plan. 99,1; 213,4; ἀδάμαστος Pap. Mag. IV 3046. 3068. De voce κυβερνήτειρα vide partem posteriorem huius libelli.

Communem quoque fontem potius suggerunt H. O. 10,7
ἄψοφον ἀστραγάλοισι ποδῶν ἴχνος εἱλίσσουσα
et Nonn. D. 3,54 ἄψοφον ἴχνος .... ἤγαγεν Ὕπνος ἀλήτης
et D. 27,275 ὀπίστερον ἴχνος ἑλίσσων.
Sic Sophocl. Trach. 968 iam legimus ἄψοφον βάσιν. Verbum ἑ(ι)λίσσω Anth. Plan. 99,3 .... ἴχνος ἑλίσσει (in ex.).
Pap. Mag. V 404 αἰθέριον δρόμον εἱλίσσων de Herma.
Ps. Callisth. 1,30 et 33 (in oraculo): ἀτέρμονα κόσμον ἑλίσσων, Greg. Naz. Carm. Dogm. 35,3 (MG 37,516) ἐς ἀτραπὸν ἴχνος ἐλαύνων. Id. ib. 4,16 (MG 37,417) .... κύκλον ἑλίσσων.
Similia adnotata invenies in Mémoires de la Mission archéol. de Perse 20 (1928) pp. 91 et 93.

Ad flosculos quoque referendum est H. O. 10,22 ἀενάῳ στροφάλιγγι quod recurrit apud Nonn. Io. 12,199. Conferre

iuvat Apollon. Rhod. 3,759 ὠκείῃ στροφάλιγγι (etiam initio). Macrob. I 23,21 (Orph. fr. 236 K.): οὐρανίαις στροφάλιγξι (in.). Pap. Argent. 480 vs. 26: ἀρρήτῳ στροφάλιγγι (cf. Reitzenstein, Zwei Relig. Frag. Strassb. 1901, p. 53 sqq.). Orac. Chald. apud Procl. in Tim. 242 D (Kroll p. 27): ἀόκνῳ στροφάλιγγι. Ibid. in Crat. 23,20 (Kroll p. 43): ἀκοιμήτῳ στροφάλιγγι.
Ceterum vox ἀέναος iam homerica est; ea saepius utitur hymnorum conditor.

H. O. 11,4 σύνθρονος Ὥραις componitur cum Nonn. Io. 1,4 σύνθρονος ἕδρῃ (utrumque in exitu).
Sed ubi de rebus sacris agitur, vox saepius obvia fit.
Sic legitur in oraculo apud Lucianum (de morte Peregr. 29): σύνθρονον Ἡφαίστῳ καὶ Ἡρακλῆι ἄνακτι.
Cf. Epigr. Meleagri (A. P. XII 257,8).

Ditt. OGI 383,60 (saec. I a Chr. n.); 474,5.

Kaibel 151,6.

Origenes c. Cels. III 50 (I p. 246,19 K).

IG XIV 960. 961.

Iulian. Imper. Orat. V p. 179D ,p. 167B (ἥλιος σύνθρονος τῇ Μητρί).

Ex Nonn. 36,104 Ταρταρίῳ λειμῶνι (initio versus) derivatum esse censetur H. O. 18,2 Ταρτάριον λειμῶνα et H. O. 79,4 Δελφικῷ ἐν κευθμῶνι. Haud minus recte cum hymnorum locis componi posse videntur:
Hes. Th. 158 γαίης ἐν κευθμῶνι (initio).
Hes. fr. 96 vs. 92 γαίης ἐν κευθμῶνι (initio).
Hym. Hom. 3,229 πέτρης εἰς κευθμῶνα (initio).
Pap. Mag. IV 446: ἣν γαίης κευθμῶνα μόλῃς.

H. O. 18,7 et 84,5 στήριγμα (κραταιόν) in versus fine eundem quidem locum obtinet atque apud Nonnum D. 40,451 στήριγμα (δεχέσθω) et D. 43,30 στήριγμα (κολάψας), sed eodem loco reperitur Orac. Sib. 1,139 γαῖα δέ μοι στήριγμα ποδῶν.

Vocem ἕδρανον H. O. 18,7; 19,3; 26,4 (singulari numero ut Hesiod. fr. 212) occurrentem non necessario Nonno deberi docent exempli gratia oracula a Porphyrio nobis tradita apud Euseb. Praepar. Evang. VI 3 (p. 239A) περικαλλέος ἕδρανα σηκοῦ. Ibid. VI 5 (p. 241D) ἕδρανα μαντοσύνης.

Maioris momenti videntur hi loci inter se comparati: H. O. 19,16 αἰθέρος ἐν γυάλοισι· διαρρήξας δὲ χίτωνα[1]) et Nonn. D. 2,637 (cf. 9,254): διαρρήξασα χίτωνα et Procl. Hym. 7,12 αἰθέρος ἐν γυάλοισι. Iuvat exscribere quae adnotat Hauckius: „Hae voces apud Nonnum atque Proclum in eisdem versuum sedibus positae sunt quibus in hymnis et optime ad locos, quibus leguntur, quadrant; eas a poeta hymni tantum contaminatas esse ex ea re quoque apparet, quod hemistichium quod huic versui antecedit, σμαραγεῖ δὲ κεραυνός Arg. 970 imitatur."

Hemistichium illud potius ad Il. 2,463 referendum esse iam supra contendimus. H. O. 19,16 flosculos tantum poeticos continere demonstrare conabimur. Sic αἰθέρος ἐν γυάλοισι comparandum est cum

Oppian. Hal. 1,281 αἰετὸς αἰθερίοισιν ἐπιθύων γυάλοισιν.

Orac. apud Porphyr. (Euseb. Praep. Evang. V 16 [p. 204D])
ἐν Διδύμων γυάλοις
(quocum rursus componendum H. O. 40,6 et 41,4:

[1]) de re cf. R. Eisler, Weltenmantel u. Himmelszelt, München 1910, I p. 108.

Ἐλευσῖνος γυάλοισιν.)

Greg. Naz. Carm. Mor. 1,101 (MG 37,530)
καὶ χθονός, ἐν γυάλοισιν ἀειθαλέος παραδείσου.

Id. ib. 1,531 (MG 37,562)
Γαίης ἐν γυάλοισιν .... (in.).

Cf. Carm. Dogm. 8,102 (MG 37,454).

διαρρῆξαι χίτωνα apte confertur cum Theogn. 259:
διαρρήξασα χαλινόν (in exitu).

H. O. 32,5 νάπῃσί τε σὴν φρένα τέρπεις et Nonn. D. 7,61 ὅπερ μακάρων φρένα τέρπει verba complurium poetarum communia continent.

Vide Hym. Hom. 3,565 σὴν αὐτοῦ φρένα τέρπε (init.). Orac. apud Porphyr. (Euseb. Praep. Evang. V 8 [p. 193C]) .... φρένα τέρπειν (in ex.). Cf. Il. 1,474 Od. 4,102 Hym. Hom. 19,47. Epigr. Anth. Plan. 18,1: Τέρπε δανειζόμενος τὴν σὴν φρένα ....

H. O. 32,12 ὀλέτειρα Γιγάντων contaminatum esse censetur ex Nonn. D. 8,67 Τιτήνων ὀλέτειραν et 48,43 ὀλετῆρα Γιγάντων. Sed ipse H. iam comparationem instituit cum Batrach.[1]) vs. 117: .... μυῶν ὀλέτειραν ἐοῦσαν. Ut vox ὀλέτειρα sibi praesto esset, Orphico non opus fuit carmine Nonniano. Cf. A. P. XI 424,2: ὀλέτειραι Ἐρινύες.

Euphor. fr. 3 (Powell p. 29).

Vox λοχείη apud Orphicum et Nonnum in exitu recurrit;

[1]) Batrachomyomachiam Alexandri temporibus compositam esse censuerunt Herwerdenius et Wittius, quam sententiam, iure ut videtur, Schmid, Gesch. d. Griech. Lit. I p. 109 n. 2 „ganz haltlos" dixit.

Cf. P.-W. VIII 2168 sqq. Suppl. III 1305.

Wackernagel, Sprachl. Untersuch. z. Homer pp. 188. 199.

sed etiam alibi e. g. Orac. Sib. 8,153: ἐν κρυφίαισι λοχείαις. Epigr. Theodoridae Anth. Plan. 132,3.

H. O. 38,18 et Nonn. D. 42,289 in exitu praebent: ἐς χθόνα πίπτει. Cum iam Greg. Naz. (sic Kern Orph. Fragm. p. 343) dixerit ὅλος στρατὸς ἐς χθόνα πίπτει neutiquam affirmare licet Orphicum Nonni locum imitatum esse.

Cf. Greg. Naz. Carm. Dogm. 34,16: κάρη δέ μοι ἐς χθόνα νεύει
Carm. Mor. 1,676: μήπου πτερὸν ἐς χθόνα ῥεύσῃ
Carm. Hist. 13,53: ὅλος στρατὸς ἐς χθόνα νεύει
ib. 17,87: .... ἐς χθόνα ῥίψας.

Conferri etiam possunt hi versuum exitus:
Od. 14,88 ἐν φρεσὶ πίπτει
Hes. Th. 791 εἰς ἅλα πίπτει (ex.)
Plut. Vit. Numae, Cap. 4: εἰς ἅλα βαίνει
Epigr. Stratonis (A. P. XII, 3, 1): εἰς τρία πίπτει.

H. O. 39,4 ἐρημοπλάνον Κορύβαντα et Nonn. D. 3,62 ἐρημοπλάνων Κορυβάντων, utrius poetae sit imitatio, in dubio relinquit. Vox ἐρημοπλάνος iam a Demetr. Phal. Eloc. 116 ut διθυραμβώδης notatur.

Neque si compares H. O. 40,14 ἅρμα δρακοντείοισι ὑποζεύξασα χαλινοῖς cum Nonn. D. 16,143 πόρδαλιν ἠὲ λέοντας ὑποζεύξασα χαλινῷ et 4,396 δρακοντείοισι καρήνοις statui possit, uter horum poetarum alterum sit imitatus.

H. O. 41,10 ἐλθεῖν εὐάντητον (alibique similiter) ex Nonn. D. 27,178 ἔσσομαι εὐάντητος et 35,316 ἵλαον εὐάντητον profluxisse censet Hauckius. Sed vox εὐάντητος[1]) in sacris saepe usuvenit.

[1] De voce εὐάντητος ultimus scripsit W. Vollgraff, BCH 1925 p. 108 n. 1.

Hic sufficit allegasse Hippol. Refut. Haer. IV 35, ubi in eadem versus sede recurrit: ἔλθοις εὐάντητος ἐφ' ἡμετέρῃσι θυηλαῖς. Hoc exemplum liquido demonstrat neque ipsam vocem neque eius in versu sedem probare, alterum poetam pendere ex ipso alterius poemate.

H. O. 52,4 θυρσοτινάκτα comparatur cum Nonn. D. 24,158 θύρσα τινάσσων (utrumque in exitu versus). Quod ad rem spectat, cum maxime huc faciunt Euripidis verba Bacch. 80: ἀνὰ θύρσον τε τινάσσων. Quod ad vocis formam attinet, comparari possunt πετρεντινάκτης. Pap. Mag. IV 183, γνοφεντινάκτης ib. IV 181. Cf. παντοτινάκτης H. O. 15,8.

H. O. 55,8 γαμοστόλε, μῆτερ Ἐρώτων (cf. 56,8: ἔρνος Ἔρωτος) (in exitu) magna revera similitudo est cum hisce locis Nonnianis:
D. 16,59 γαμοστόλον ἄστρον ἔρωτα
D. 25,153 γαμοστόλος ἑσμὸς Ἐρώτων
D. 33,42 et alibi: φυτοσπόρε μῆτερ Ἐρώτων.

Tamen ne his quidem locis probari Nonnum Orphico priorem esse nobis persuasum est. Ἔρωτος vel Ἐρώτων sescenties in extremo hexametro recurrit et vox γαμοστόλος alibi quoque cum Venere coniungitur e. g. in Archiae epigr. (A. P. VI, 207, 9): γαμοστόλε .... Κύπρι. Cf. epigr. Antonii Thalli (A. P. VII, 188, 3): γαμοστόλος Ὑμεναῖος. Pap. Chicag. saec. II p. Chr. n. col. 3 vs. 5 (Powell p. 83): Ἀφρογένεια γαμοστόλε. Γαμοστολικός legitur Vett. Val. 119,8. G. Hermannus in Orphicis ad Arg. 881 p. 823 pluralem numerum antiquioribus in usu non fuisse iudicavit. Sed falso haec affirmasse videtur. Cf. Eurip. Bacch. 403; Med.

330. 627. 844. Roscher, Myth. Lex. s. v. Ἔρως col. 1348. Waser apud P.-W. VI 485,34 sqq.

H. O. 61,5 βροτοὶ ζυγὸν αὐχένι θέντες non est nisi flosculus, qui multifariam per carmina dispargitur neque indicium imitationis loci Nonniani 21,31 afferre potest. Eum exhibent:

Hes. Op. 815 καὶ ἐπὶ ζυγὸν αὐχένι θεῖναι.

Alcaeus (in Anth. Plan. 5,3) ζυγὸν αὐχένι θήσων.

Epigr. apud Demosth. 18,289 vs. 5 ὡς μὴ ζυγῷ αὐχένα θέντες.

Orac. Sib. 3,448 δεινὸν ζυγὸν αὐχένι θήσῃ, ad quem locum suo iure adnotavit Geffcken (p. 71): „formelhaft: Orph. hymn. 61,5 Zosimos II 37,8 Apollinaris Psalm. XLVIII 29 und ö."

Revera similis locutio in Orac. Sib. recurrit quinquiens (8,126; 9,67.76; 13,94; 14,308).

Cf. Kaibel 114,3: οὐκ ἔφθην χλαῖναν περὶ αὐχένι θέσθαι.

Hym. Hom. 5,217: ἐπὶ γὰρ ζυγὸν αὐχένι κεῖται.

Apollin. Metaphr. Psalm. 48,30; 99,2; 101,44.

H. O. 62,4 ἐπιβρίθουσα δικαίη (in ex.) et Nonn. D. 47,480 ἐπιβρίθουσα Λυαίῳ (in ex.) de mutua ratione silent. Conferri aliquatenus possunt Od. 24,344 ἐπιβρίσειαν ὕπερθεν (in ex.). Apollin. Metaphr. Psalm. 58,6 ἐπιβρίθεσκον ἐρώῃ (in ex.).

H. O. 74,5 ἄστατος ὁρμή non necessario fluxisse ex Nonni D. 26,315 ἄστατος οὐρή aut D. 37,696 ἄστατον ὁρμήν docet Maneth. 4,126 ἄστατος ἀστήρ (omnia in exitu).

Sed similem fere vocabuli usum saepius invenimus e. g. Herond. 1,46 Cornut. 1; Ps.-Phocyl. 27: ἄστατος ὄλβος (in ex.).

Luc. Ocyp. 36 ἄστατος πονος et 73 ἄστατον πάθος.

Orac. Sib. 1, 174 ἄστατοι ἄνδρες (in ex.). 2,87 ἄστατος ὄλβος (in ex.). 5,228 et 7,4.

Kaibel 699,5 (saec. III p. Chr. n.): ἄστατος βίος. Ibid. 502,6 (saec. III—IV p. Chr. n.) ἄστατος αἰών.

Hym. Mesomedis in Nemesin vs. 7 (Music. script. ed. Janus p. 454).

Neque vox ἠερόφοιτος apud Orphicum et Nonnum in fine versus posita quidquam probare videtur, cum eadem vox aliis versuum locis alibi in hymnis (e. g. 51,5; 81,1) recurrat et iam apud Max. 485 et Maneth. 5,146 inveniatur; cf. p. 48.

H. O. 53,7 et 56,5 ἐνὶ κυκλάσιν ὥραις si componamus cum H. O. 10,29; 26,11; 32,17: εὐόλβοισιν ἐν ὥραις
32,15 νεάτῃσιν ἐν ὥραις
51,18 ἀεξιτρόφοισιν ἐν ὥραις
54,3 ἐπὶ τριετήρισιν ὥραις (cf. 44,7),

potius suum flosculum repetivisse dicamus poetam Orphicum quam haec sumpsisse ex Nonn. Io. 11,33 κυκλάδες Ὧραι aut Io. 2,22 .... κυκλάδος ὥρης [1]).

Nullo igitur loco confiteri cogimur Orphicum Nonnum imitatum esse. Iuvat hic exscribere quae Fr. Braunius statuit in libro „Hymnen bei Nonnos von Panopolis, Königsberg 1915, [2]) p. 58: „Aus dem Wortlaut der nonnischen Hymnen und hymnenartigen Gebilden allein sichere Schlüsse

---

[1]) Ipsa vox alibi raro occurrit:
Eurip. Ion 1583 de insulis. Alc. 448.
Polyb. alii de vestimento.
Byzantini de rota cf Arch. f. Papyrusforsch. 1927 p. 92.
In Phaniae epigr. AP. VI 299,4: κυκλιάς.
Cf. περικυκλάς H. O. 43,5.

[2]) cf. BPhW. 1917, 198 Indogerm. Jahrbüch. 1917, 146.

über die zeitlichen Beziehungen des Dichters zu den Orphika, Magika und Proklos sowie ihre gegenseitige Abhängigkeit ziehen zu wollen, erweist sich als nicht möglich".

Quae ex S y n e s i i poematis comparatione digna iudicantur, ad imitationis quaestionem dirimendam nihil conferre posse videntur.

Vocum quarundam congruentiam rectius explicamus, si cum Geffcken, Ausgang p. 219 sqq. sentimus Synesium attributa nonnulla sui dei ex Orphica religione desumpsisse.

Huc faciunt verba αὐτοπάτωρ ἀπάτωρ quae H. O. 10,10 et Syn. Hym. 3,145—7 leguntur. Ceterum ἀπάτωρ iam apud tragicos legitur; αὐτοπάτωρ invenitur:

Iamblich. de myst. 8,2 (p. 262 sq. Parth.).

Epiph. Haeres. 26,10 Aristid. Orat. 43,9 de Iove.

Cf. Orac. apud Buresch, Klaros p. 95,5: αὐτοφυής, ἀδίδακτος, ἀμήτωρ (Lactant. Instit. 1,7).

Sic etiam H. O. 32,10 ἄρσην μὲν καὶ θῆλυς ἔφυς de Minerva et H. O. 42,4 ἄρσενα καὶ θῆλυν de Misa dicta (cf. H. O. 9,7; 10,18) nihil habent, quod Orphicum poetam imitationis Synesii hymni 2,64 (cf. 3,186) σὺ δὲ ἄρρην, σὺ δὲ θῆλυς, de deo neoplatonico et christiano dictum, coarguere possit. Recte Geffcken hic provocat ad carmen Orphicum, quod extat apud Euseb. Praep. Evang. III 9 (fr. 168 Kern.) vs. 3: Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη, quod rursus componi potest cum Clement. Alex. Quis div. salv. 37 (p. 184 Stähl.) καὶ τὸ μὲν ἄρρητον αὐτοῦ πατήρ, τὸ δὲ εἰς ἡμᾶς συμπαθὲς γέγονε μήτηρ, et Lactant. Instit. IV 8,4: deum .... Orpheus putavit et marem esse et feminam, quod aliter

[1]) De deo mare et femina cf. Norden, Agn. Th. pp. 228 sqq.

generare nequiverit. Quin etiam Norden, Agnostos Theos p. 230 n. Synesium hexametrum a Porphyrio traditum [1]) in lyricum sermonem traduxisse autumat: τύνη δ' ἐσσὶ πατὴρ καὶ μητέρος ἀγλαὸν εἶδος.

H. O. 52,7 ἡγέτα κώμων non solum cum Syn. Hym. 3,309 et 404 ἡγέτα κόσμων, sed apte etiam cum Kaibel 1035,13 (saec. II—III p. Chr. n.) ἡγέτα ὁδοῖο componi potest. [2]) Vox ἁγέτις Antip. Sidon. A. P. VII 425,3.

H. O. 55,23 ἅλματι κούφῳ non solum apud Synesium Hym. 1,110 recurrit, sed, quod fugit Hauckium, etiam Batrach. 66 et Orac. Sib. 5,104 in exitu reperitur. Praeterea similia alibi leguntur e. g. Eurip. El. 439: τὸν τᾶς Θετίδος κοῦφον ἅλμα (acc. rel.) ποδῶν.

Cf. Eur. Tro. 342 κοῦφον βῆμα.

Aesch. Pers. 305 πήδημα κοῦφον.

H. O. 59,6 ἐλπίδι κούφῃ.

Wilamowitzius in „Sitzungsberichte der Berlin. Akademie der Wissenschaften", 1907, pp. 272 sqq. affirmavit P r o c l u m in hymnis suis componendis usum esse hymnis Orphicis. Hauckius, verborum congruentia nixus, contrarium asseverat. Sed ex sola verborum comparatione quaestionem ad liquidum perduci nequit.

Quis enim subscribat H. O. 6,6 σκοτόεσσαν ἀπημαύρωσας ὁμίχλην contaminatum esse ex Arg. Orph. 521 κατὰ σκοτόεσσαν ὁμίχλην et Procl. Hym. 4,6 ἀποσκεδάσαντες ὁμίχλην, praesertim cum vox ὁμίχλη in exitu versus suum quasi locum obtineat. Cf. supra p. 12. Ceterum cf. fr. 67 (Kern), quod

[1]) apud G. Wolff, Porphyrii eqs. p. 146.

[2]) cf. Epigr. Meleagri (A. P. XII, 119, 1): ἁγέο, κώμων (in exitu).

communis fons utriusque poetae esse potest. Vide Boulanger, Bulletin Assoc. Budé 1929. p. 39.

Neque in subsidium vocandum est quod Orphicum Solem H. O. 8,18 ὄμμα δικαιοσύνης dixerit aut H. O. 62,1 ὄμμα Διὸς.... πανδερκέος, quasi haec Proclo tantum debere possit. Hanc enim Solis invocationem iam saeculo altero p. Chr. n. invaluisse liquido demonstrant ea, quae Dölger, Die Sonne der Gerechtigkeit und der Schwarze pp. 37 sqq. attulit. Sic iam legimus Batrach. 97: ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα. Iovis oculum Solem dicit Hym. Mag. II (Pap. Mag. II 89): Διὸς γαιήοχον ὄμμα. Certe magis cum Orphico congruunt verba oraculi (Buresch, Klaros p. 101,19): Ζηνὸς πανδερκέος ἄφθιτον ὄμμα.

Perperam comparantur H. O. 10,5 κυδιάνειρα (de Natura dictum) et Procl. Hym. 7,23 χθόνα βωτιάνειραν, velutsi poeta Orphicus hoc epithetum ex Procli poematis sumere debuerit, non ex Homeri potius carminibus e. g. Il. 1,155. 490 alibi. Vox satis raro occurrens adhibetur Orac. Sib. 14,171 (de Roma), Pap. Mag. IV 2831 de Hecate.

H. O. 10,22 et Procl. Hym. 1,4 utrumque exhibent vocem ῥύμα pro ῥεῦμα. Non necessario nexum inter utrumque poetam statuendum esse nobis innotescit reputantibus tales formas saepe occurrere. Sic χύμα reperitur pro χεῦμα, χῦμα. Cf. Brugmann-Thumb, Griech. Grammatik, 6a ed. p. 222. Ipsissima vox ῥύμα iam legitur bis in titulo Corcyraeo saeculi II vel I a Chr. n. (IG IX 692,5 et 10). Ab Herodiano Technico (Gramm. Graec. I p. 352 p. 533 II p. 15 Lentz) in exemplum correptae vocalis υ allegatur, quamvis utique dicendum sit apud eum vocis significationem incertam remanere.

H. O. 12,13 et Procl. Hym. 1,15 in exitu habent ἀστυφέλικτος. In eadem autem versus sede iam invenitur apud Callimachum Hym. in Del. 26.
Vide praeterea Hym. Orph. in Iovem (fragm. 168,22 Kern).
Orac. apud Buresch, Klaros p. 95,5.
Kaibel 540,3.
Pap. Mag. II 90.
Ipsa vox primum legitur Xenoph. Resp. Laced. 15,7.

H. O. 15,1 Ζεῦ ἄφθιτε cum Procl. Hym. 6,3 congruit. De mutua inter utrumque poetam ratione incertos nos relinquit, praesertim cum apud Pindarum Pyth. 4,391 iam inveniamus: Ζεὺς ἄφθιτος. De diis vox inde ab Hesiodo (de Styge Th. 389.397) usurpatur; cf. Fragm. Orph. (Kern 248a) vs. 5. Pap. Mag. II 86 IV 445.

H. O. 29,7 ἀρρήτοισι γοναῖς, 30,7 ἀρρήτοις λέκτροισι τεκνωθείς cum Procl. Hym. 1,41 ἀπ' ἀρρήτου γενετῆρος et 7,14 βούλησιν ὑπ' ἀρρήτοισι τοκῆος conferre iubemur. Sed hic melius provocari potuit ad Synesii Hym. 3,245 γοναὶ ἄρρητοι, quamvis et haec tantum probent utrumque poetam similem poeticum sermonem adhibuisse. Nam vox ἄρρητος huiusmodi poetis frequens est e. g. Orac. ex. Porphyrio apud Euseb. Praep. Evang. IV 9 (p. 194D): ἀρρήτοις ἐπέεσσι. Pap. Mag. III 205.283.

Vox ἐρατεινός ab utroque poeta in fine versus adhibita prorsus nihil probat, cum innumeris locis idque in extremo fere semper versu legatur. Aliquot locos attulisse sufficiat:
Od. 4,13; 7,79; 7,861.
Hym. Hom. 2,244; 3,72.248; 5,424
Hym. Hom. 1,124: καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινήν.

Hes. Th. 136.642.909.
Lucian. Alex. 48 (in oraculo).
Hym. Mag. apud Hippol. Refut. Haeres. 4,32 vs. 9.
Kaibel 584,2; 707,4.
Orac. Sib. 1,29.
Phlego Mirab. cap. 3 (p. 127,27 W.).

Locutio ὄργια ἀναφαίνειν legitur:
Marmor Parium 28: Εὔμολπος .... τὰ μυστήρια ἀνέφηνεν.
Kaibel 950,2 (aetatis Hadrianeae) ἣ τελετὰς ἀνέφαινε.
Kaibel add.97a,3 (± 270 p. Chr. n.) ὃς τελετὰς ἀνέφαινε καὶ ὄργια πάννυχα μύσταις.
Cf. C. W. Vollgraff BCH 1925 p. 127.

Neque vox γένεθλον quam tragici multifariam usurpant versum claudens probare valet Orphicum Procli carmine usum esse. Nam inde ab Homero vox γενέθλη sescenties in versus fine recurrit e. g.:
Od. 4,252.
Orac. Sib. 8,483: Χριστοῖο γενέθλης.
ib. 1,283.298; 3,383; 4,160; 12,235; 14,262.
Kaibel 1035,3; 824,1.
Ipsa vox γένεθλον legitur Kaibel 824,1: τεκέων τε γενέθλῳ (in exitu).

Πτερόεις H. O. 58,2 de Cupidine dictum nihil singulare habet (cf. P.-W. VII 1051).
Vide Arist. Av. 696 sq.
Timoth. (Com. Att. Fragm. ed. Kock II p. 450).
Idem epithetum recurrit in
Epigr. Meleagri (A. P. V 177,4).
Epigr. Gemini (A. P. VI 260,1; eodem versus loco).

Epigr. Gemini (Anth. Plan. 103,6).
Epigr. Satyri (Anth. Plan. 195,1).

